Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Eodem die honesta domina vxor Johannis Weyd de Pucach mulier
Pat. diocesis etatis sue Triginta annorum Citata iurata ac medio eiusdem
iuramento prestito per eam ad sancta dei euangelia ceteris diligenter ad
memoriam reducto ac de pena periurii admonita respondit et deposuit pro
ut sequitur
Super primo et alijs articulis ipsi ad testandum inclusive Examinata testis
credit eos fore veros quia semper audiuerit a fidedignis ydoneis arti[cu]lis formam audiuit
Super nono et decimo articulis Examinata testis ignorat se audiuisse
articulata
Super vndecimo articulo interrogata tam quod toto tempore vite sue id Examinata
testis respondit ut supra ad primum
Super duodecimo interrogata tam quod propter bona opera sua id Examinata testis
respondit articulum verum quia hodie ita cognominetur
Super tredecimo et Quartodecimo articulis Examinata testis credit eosdem
veros esse quia bona opera eius demonstrent
Super Quindecimo Sedecimo decimo septimo et decimo octauo articulis
Examinata testis respondit articulos veros quia ita publice generaliter a
fidedignis personis et hominibus audiuit
Super decimonono articulo interrogata tam quod post mortem suam claruerit id
Examinata testis respondit articulum verum pro verificatione cause scientie
reddit quia ad ipsa testis dolores intersissimos in quodam brachio habuit
Et ad sepulchrum sancti Leopoldi Marchionis deuouit quo voto emisso melius
habuit et dolores mitigati sunt et post tres dies omnino sanata fuit prout
hodie sana existit Credens fuerunt sacramenti et intercessione sancti Leopoldi
ac supernaturaliter et non aliqua arte humana aut vi verborum a doloribus
prefatis liberatam et sanatam esse
De omnibus alijs articulis Examinata testis respondit et credit articulos veros
Et fuit testi luminatum prout est moris id

Eodem die honesta domina vxor Petri Swanc mulier Pat. diocesis etatis
sue annorum Triginta duarum vel circa Citata iurata ac medio eiusdem iuramento
Examinata deposuit ut sequitur
Super primo secundo tertio Quarto articulis Examinata testis credit
eosdem veros quia ita audiuit
Super Quinto articulo interrogata tam quod multa et egregia fecerit id Examinata
testis respondit articulum verum quia construxit Monasterium Nouenburgense
id verificet
Super decimo septimo et Octauo articulis Examinata testis respondit
articulos veros quia audiuit quod fuerit multum largus ac humilis et pauper
vir quia aliter talis fama de eo non sparsisset